



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiquarvm Lectionvm Latinarvm Et Græcarvm**

**Labbé, Philippe**

**Parisiis, 1653**

Ex Tomis sex Antiquæ Lectionis V.C. Henrici Canisij Nouiomagensis, in  
Academia Ingolstadiana Iuris Canonici Professoris, à pag. 151. vsque ad  
163.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13263**



NOVÆ  
BIBLIOTHECÆ  
SPECIMINIS

ANTIQUARVM LECTIONVM  
GRÆCARVM LATINARVMQVE  
SVPPLEMENTVM PRIMVM

EX TOMIS VI.

ANTIQUÆ LECTIONIS V. C. HENRICI  
Canisij Nouiomagensis,

*In Academia Ingolstadiana, Iuris Canonici Professoris.*

**C**ONQUERVNTVR plerique de Bibliopolarum ac Typo-  
graphorum oscitantia, quod exquisitum iuxta, atque omni-  
bus utile, HENRICI CANISII Nouiomagensis I. V.  
Doctores opus Antiquæ Lectionis, sex in Tomos distributum,  
denuò typis excusum non emittant in manus omnium Erudito-  
rum, avidissimè iam pridem expectantium. Cum enim à quinquaginta fer-  
mè annis omnes illi Tomi succedentibus sibi Francofordiensibus nundinis  
in Germanià prodierint, & intra breue tempus distracta fuerint, atque in om-  
nes Europæ Orbisque Prouincias dissipata exemplaria omnia, inde factum  
est, vt rarissimè modò vanalia occurrant, iisque magno suo damno carere  
cogantur, qui nouarum Bibliothecarum substructionem moliuntur. *Quam-*

Pp



uis enim nonnulla ex iis quæ vir accuratus ac diligens vulgavit opusculis, maioribus inserta corporibus, habeantur in Bibliothecis Ss. Patrum Coloniensi ac Parisiensibus duabus extremis, in Editione Conciliorum Coloniensibus & Regiâ, in collectione Historicorum Franciæ Duchesnianâ, inter opera Alcuini, Theodulfi, Hincmari seorsim edita, &c. longè tamen plura supersunt, quæ nondum secundo veluti partu obstetricante eruditorum manu diu in luminis oras exierunt. Ea propter rem omnibus pergratam facturum videor, si studium meum & operam in illis iterum prelo subiiciendis conferam, atque in vnum volumen grandius coniiciam, præmisso in antecessum breui syllabo omnium Auctorum, qui sex illis Tomis continentur, atque indicatis sigillatim opusculis, quæ aliorum laudabili diligentia iam publicata sunt.

IN TOMO PRIMO

ANTIQUÆ LECTIIONIS

HENRICI CANISII

L. V. D. EXTANT.

**F**LACCI Albini ALCVINI Epistola 67. Tomo I. pag. 1. *Ea* edidit cum cæteris eiusdem Auctoris opusculis Andreas Duchesnius Parisiis in folio anno 1617. in officinâ Niuellianâ apud Sebastianum Cramoisy.

Edmundi CAMPIANI Soc. IESV Martyris in Anglia, Epistola ad Richardum Cheneum Episcopum Glocestrensem. Tomo I. pag. 125. *Edita est cum aliis Campiani opusculis apud seb. Cramoisy, Gasp. Meturas, aliosque.*

PROSPERI Aquitanici Chronicon Consulare & Pithæanum Tomo I. p. 134. *Editum est à Scaligero cum Eusebij & Hieronymi Chronico, Andrea Duchesnio, aliisque.* Nos etiam vtrique locum dedimus, vt integrum Prosperi Chronicon ad manum Lectores habere possint.

Historia de Guelfis Principibus auctore Altorfensi seu VVeingartenfi Monacho ad S. Martinum. Tomo I. pag. 177. & p. 211. *Eiusdem VVeingartenfi Monachi Chronicon à Christo nato vsque ad annum 1197.*

Annales HENRICI Steronis Monachi Altach inferioris, ibique Capellani ab anno 1152. ad 1273. Tomo I. p. 219.

EBERHARDI de Inferiori Altach, Ratisponensis Ecclesiæ Archidiaconi, Annales ab anno 1273. ad 1305. Tomo I. pag. 307.



MONACHI Sangallensis de gestis Caroli Magni Imp. libri duo ad Carolum Caluum Francorum Regem Tomo I. pag. 360. Edidit Andreas Duchesnius Tomo secundo Historicorum Francia pagina 107.

HERMANI Contracti Comititis de Voringen Maioris Augiæ Monachi Chronicon ab editis diuersum Tomo I. pag. 432.

Comitia tria Salisburgensia & vnum Viennense Tomo I. à pag. 64. Edita sunt à Seuerino Binio in Tomis Conciliorum Colonia editis Parte II. Tomi III. Extant quoque in Conciliorum Collectione Regiâ.

S. COLUMBANI cainen monostichum cum epistola in qua detestatur auaritiam ad Hunaldum discipulum. In Appendice Tomi I. pag. 3. Eadem reperies inter opuscula Eugenij Toletani Episcopi à P. Jac. Sirmondo edita 1619.

SALOMONIS Episcopi carmina ad Dadonem Episcopum. In Appendice Tomi I. pag. 15.

VVALDRAMNI versus ad Salomonem Episcopum, quos Salomon ad Dadonem mittit. In appendice Tomi I. pag. 31.

METELLI Tegerseensis seu Tegerensis Monachi Quirinalia in laudem S. Quirini Martyris metris Horatianis cum Eclogis 10. In Appendice Tomi I. pag. 37. Ea Poëtarum Mediæ ætatis Corpori inferemus cum alijs que in Corpore & Choro Poëtarum omissa sunt, aut corruptissimè edita.

## TOMO II. EXTANT.

MEGINFREDI Magdeburgensis Magistri & Præpositi de vita & virtutibus B. Emeramni liber vnus. Tomo II. pag. 1.

ARNOLFI ex Comitibus de Cham & Vochburg Monachi S. Emeramni Præpositi & Magistri de Miraculis B. Emeramni & de memoria cultorum eius libri duo. Tomo II. pag. 35.

Vita S. Lamberti Martyris & Episcopi Traiectensis auctore Anonymo. Item Reuelatio sancti Lamberti Martyris eodem Auctore Tomo II. pag. 172.

VVIPONIS Panegyricus carmine scriptus ad Henricum III Imperatorem Conradi Imp. Filium. Tomo II. pag. 191.

VVALSCALCI narratio de controuersis inter Hermannum Episcopum Augustanum & Eginonem Abbatem S. Vdalrici cum carmine de itinere & obitu eiusdem Eginonis. Tomo II. pag. 205.

De Episcopis Salisburgensibus, Anonymo auct. S. Eberardi Archiepiscopi Salisburgensis discipulo. Tomo II. pag. 247.

De Vita Beati Ottonis Episcopi Bambergensis & Pomeranorum Apostoli: auctore Anonymo, sed Synchrono. Tomo II. pag.



ARNONIS Salisburgerſis Archiepiſcopi tempore Caroli Magni Annotatio ſive index eorum qua Eccleſia Salisburgerſi tradita ſunt à Ducibus Bauaria, Comitibus, aliſque Nobilibus Tomo II. pag. 484.

De Vita & Miraculis S. Erminoldi Hirſaugienſis Monachi & Abbatis Lorſacenſis, &c. libri duo anno 1281 conſcripti à Monacho Pruſeuingenſis Monafterij prope Ratifbonam. Tomo II. p. 508.

Vita S. Guntheri Turingij ſancti Stephani Regis Vngarorum cognati Monachi Althahenſis, & Eremitæ. Auctore Anonymo. Tomo II. pag. 566.

Collectio Historica Chronographica ex Anonymo qui ſub Alexandro Seuero Imperatore vixit, Idacio, Toromacho, & alijs Collectore Gallo quodam circa Caroli Magni tempora. Tomo II. pag. 579. *Vrum Anonymi huius libellum multis expurgatum grauibſque mendis Primo noſtrarum Antiquarum lectionum Tomo exhibebimus*, Idacium R. P. Sirmondus auctum emaculatūque edidit. Toromachus autem ille, ſive Turonēſis Gregorius à Duchefnio editus eſt Tomo I. pag. 245. & ex eo excerpta Anonymi ſive Historia Francorum epitomata pag. 722. Eadem quoque Marquardus Freherus edidit, vt planè otioſum ſit iſdem denuo chartas imbuere, & pluteos onerare Bibliothecarum.

Menologium Græcorum ex Bibliotheca & interpretatione Guiljelmi Sirleti Cardinalis Tomo II. pagina 731.

### TOMO III. CONTINENTVR.

S. GREGORII Thaumaturgi Epifcopi Neocaſareæ duodecim capita de fide & Anathematifmi cum explicatione Græcè & Latinè. Tomo III. pag. 3.

S. GREGORII Magni Papæ à libro tertio Dialogorum ſex cum dimidio capita Græcè reddita à S. Zacharia Romano Pontifice deſiderata ſeu omiſſa in editione Romana anni MDXCI. vbi ingens hæc viſitur lacuna. Tomo III. à pag. 24. *Reſeruanda ſunt aut editioni omnium operum S. Gregorij, aut ſpeciali Græco-Latina ipſius Dialogorum.*

Chronicon ſeu potius fragmentum Chronici HIPPOLYTI Thebani Græcè & Latinè. Tomo III. pag. 35.

S. ANASTASII Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes dua. I. de Sacrà Synaxi, & de non iudicando, deque obliuione iniuriarum. II. in ſextum Davidis Pfalmum Græcè & Latinè. Item alterius ANASTASII Abbatis liber contra Iudæos Latinè duntaxat ex interp. R. P. Franc. Turriani S. I. Tomo III. à pag. 67. ad 186.

fran-



Francicorum Annalium fragmentum ab anno 741. ad 793. quos Regino Prumiensis se in historia secutum profiteretur. Tomo III. p. 190. Editum fuit antequam atque emendatum à Duchesno Tomo II. Historiarum Franciæ pag. 24.

IOANNIS Ragulini Ord. Prædic. Procur. Generalis oratio quâ in Concilio Basileensi respondit per octo Dies ad articulum primum Bohemorum de communione sub vtraque specie propositum à Magistro Ioanne Rockyfana Hussita. In appendice seu II. Parte Tomi III. pag. prima. *Hæc ac proximè sequens oratio translata sunt à Binio in Tomo Conciliorum; extantque in collectione Regiâ.*

ÆGIDIÏ Carlieri, Decani Ecclesiæ Cameracensis, oratio, quâ in Basileensi respondit per quatuor dies ad articulum secundum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis, quem proposuit Nicolaus Taborera In appendice seu II. Parte Tomi III. pag. 289.

CAPITVLI Ecclesiæ Pragensis disputatio cum Rockyfana de Hussiticis controuersis habita per quinque dies anno 1465. coram Gyrzixone seu Georgio Rege Bohemiæ. In Appendice seu II. Parte Tomi III. paginâ 466. vsque ad finem.

TOMO IV. CONTINENTVR.

LEONTII Byzantij contra Nestorianos & Eutychianos Hæreticos libri tres. I. contra Enantiodocetas. II. contra Aphthartodocetas. III. contra illos qui simulabant se Chalcedonensem synodum recipere, cum essent Nestoriani & de Nestorianis triumphus. Eiusdem Leontij liber in fraudes Apollinaristarum, seu in eos, qui proferunt quædam falsè inscripta nomine sanctorum Patrum. Eiusdem Leontij liber, qui inscribitur: solutiones argumentationum Scueri. Eiusdem Leontij liber qui inscribitur: Dubitationes hypotheticæ & desinientes contra eos, qui negant esse in Christo post vnionem duas veras naturas. Accedunt & Auctoritates SS. Patrum contra eos, qui diuidunt in duas naturas vnum Dominum IESVM CHRISTVM post vnionem, collectæ à Timotheo hæretico, siue quis alius fuerit. Tomo IV. à pag. 1. ad 162. Latine tantum ex interpretatione R. P. Francisci Turriani S. I. Eadem Leontij opera Bibliothecas sanctorum Patrum ornant Coloniensem & Parisienses.

S. IOANNIS Damasceni liber contra Acephalos seu Monophysitas Tomo IV. pag. 173. Eiusdem contra Nestorianos Latine duntaxat eodem interprete Francisco Turriano S. I. Theologo. Tomo IV. p. 212. *Utique Tractatus seruabitur editioni integræ, quam molimur, omnium operum eiusdem S. Damasceni.*

Collectanea quædam Incerti Auctoris contra Scuerianos & A-



cephalos. Eodem interprete Francisco Turriano S. I. Tomo iv. p. 232. Citat inter ceteros S. Maximum..

NICEPHORI Patriarchæ C. P. opuscula quatuor contra Iconomachos. 1. duodecim capita contra principes apostasie de Incarnatione Christi. 2. Decem syllogistica demonstrationes de differentia imaginis Christi & Crucis. 3. de Cherubinibus à Moyse factis. 4. ex libro de Imaginibus. Latine, Interprete Francisco Turriano S. I. Tomo iv. pag. 253.

THEODORI Hagiopolitani disputationes tres 1. de Nomine Dei. 2. De Deo & Deitate. 3. cum Nestoriano. Interprete Francisco Turriano Soc. I. E. S. V. Tomo iv. 281.

HENRICI Kalteisem Ord. Dominicani oratio quâ in Concilio Basileensi anno 1433. per dies tres refutavit tertium articulum Bohemorum, De libera Prædicatione Verbi Dei, quem proposuit per biduum Vdalricus Presbyter Orphanorum. Tomi iv. Parte II. pag. 1. *Vide Concilia Biniij.*

IOANNIS de Polemar Archidiaconi Barcinonensis oratio, qua in Concilio Basileensi anno 1433. per dies tres refutavit quartum articulum Bohemorum de civili Dominio Clericorum, quem proposuit per biduum Petrus Kayne Anglus. Tomi iv. Parte II. pag. 229.

*Extat in Tomis Conciliorum Severini Biniij & in Tomo XXXI. Conciliorum Typographia Regiæ.*

S. VVILLIBALDI Episcopi Eichstadiani liber de Vitâ S. Bonifacij Martyris Archiepiscopi Moguntini. Tomi iv. Parte II. pag. 341.

OTHLONI Fuldensis Presbyteri & Monachi libri duo de vitâ S. Bonifacij Martyris Germanorum Apostoli Arch. Moguntia cum epistolis eiusdem Bonifacij, quæ desunt apud Surium. Tomi iv. Parte II. pag. 393.

De fundatione Ecclesie Illminensis & Tegernseensis & de translatione S. Arfacii. Item fragmentum Chronicon à THADÆO Scotorum Abbate Ratisbonæ, de SS. Kiliano Virgilio & Lullo anno 1457. vndecima die Martii Indictione V. extractum de Chronica fundationis Scotorum. Tomi iv. Parte II. pag. 471.

Vita seu potius Hodeporicon sancti VVillibaldi primi Episcopi Aichstadiani seu Eistetenensis, scriptum à consanguinea eiusdem sancti VVillibaldi sanctimoniali Heidenheimensi. Tomi iv. Parte II. pag. 481.

Eiusdem S. VVillibaldi vita cum Itinerario limatiori, Auctore ut videtur REGINOLDO aut alio quopiam ignoto, habetur sub fi-



nem huius Tomi iv. pag. 695.

Vita S. Vvunibaldi Confessoris & Abbatis, fratris S. Vvillibaldi scripta à quadam Sanctimoniali Heidenheimensi. Tomi iv. Parte ii. pag. 516.

Vita sancti Solæ Angli Abbatis in Solenhouen, siue Cella Solonis, scripta ab ERMENO LDO siue Ermenrico Diacono & Monacho. Tomi iv. Parte ii. pag. 544. necnon pag. 732.

Vita S. Vualpurgis Virginis & Abbatissæ Heidenheimensis, scripta à PHILIPPO trigesimo nono Præfule Eichstadiano. Tomi iv. Parte ii. pag. 563. & pag. 605. Eiusdem Vualpurgis vita scripta à VVOLPHARDO Monacho Hasenrietano iussu Erkemboldi octavi Præfulis Eistetenensis. Liber secundus extat pag. 720.

Vita SS. Kiliiani Episcopi Vvitzburgensis, Kolomanni Presbyteri & Totnanni Martyrum, auctore Anonymo integrè & sine styli mutatione edita. Tomi iv. Parte ii. pag. 628.

Vita S. Burchardi Herpibolenfis, seu Vvirzburgensis Episcopi, auctore Anonymo. Tomi iv. Parte ii. pag. 651.

Vita & Passio sancti Tyemonis siue Theodamari, Archiepiscopi Saltzburgensis Martyris in Terra Sancta, Auctore æquano Tomi iv. Parte ii. pag. 666.

#### TOMO V. CONTINENTVR.

B. SERAPIONIS Episcopi Thmucos liber aduersus Manichæos. Interprete R. P. Francisco Turriano S. I. Tomi v. pag. 1. *Hoc & sequentia Patrum opuscula ad Bibliothecam sanctorum Patrum pertinere debent.*

DIDYMI Alexandrini liber contra Manichæos eodem Interprete Francisco Turriano S. I. Sacerdote. Tomi v. pag. 17. *Editus est in primo Tomo Apparatus sacri P. Antonii Possenini Soc. IESV Theologi.*

TITI Bostrensis Episcopi libri tres vnà cum argumento libri quarti aduersus Manichæos. Eodem Interprete Franc. Turriano S. I. Theologo. Tomo v. pag. 36.

ZACHARIÆ Mitylenensis Episcopi Syntagma aduersus Manichæos eodem Interprete Turriano. Tomi v. pag. 143.

Excerpta ex libro S. HIPPOLYTI Episcopi Portuensis & Martyris de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Helicem Hæreticos. Eodem Interprete Franc. Turriano. Tomi v. pag. 153.

Epistola Sancti GREGORII Nysseni contra Apollinarium, ad Theophilum Alex. Arch. Eodem interprete Turriano. Tomi

361. pag. 115. 116. 117. 118.



v. pag. 161. Græcè & Latine habetur excusa ex versione R. P. Frontonis Ducai Tomo II. operum S. Gregorij Nysseni pag. 677.

S. BASILII Magni Rationes Syllogisticæ contra Arianos, Quod Filius in Diuinis sit Deus, interprete Franc. Turriano. Tomi v. pag. 166.

Scholion EYNOMII & Disputatio Orthodoxi contra eum. Eodem Franc. Turriano Interprete. Tomi v. pag. 172.

Expositio SS. Patrum Magni BASILII & GREGORII Theologi de sancta & Orthodoxa Fide. Eodem Interprete Turriano. Tomi v. pag. 177.

PHOTII Patriarchæ C. P. Epistola ad Michaëlem Bulgarorum Regem vnâ cum sex dissertationibus eiusdem Photij de Diuinitate & Incarnatione. Interprete eodem, qui saepe iam laudatus est, Franc. Turriano Soc. I. E. S. V. Professore eruditissimo. Tomi v. pag. 183.

Fragmentum LEONTII Cyprij aduersus Hebræos. Tomi v. pag. 200.

Vita S. Virginis Mechtildis Principis Berhtoldi Comitis de Andechs Filiæ & Abbatissæ, auctore ENGELHARDO Abbate in Lanchaim. Tomi v. Parte II. pag. 8.

Friderici Primi Imp. cognomento Barbarossæ Expeditio AsiatICA & ad Sepulcrum Domini ab æquauo auctore conscripta. Tomi v. Parte II. pag. 44.

GUILLELMI de Baldensel Equitis Aurati Hierosolymitani Hodæporicon ad Terram sanctam anno 1336. ab ipso scriptum rogatu Talayrandi Comitis Petracoricensis S. R. E. Cardinalis vnâ cum epistola ad Petrum Abbatem Aulæ Regiæ Ord. Cist. in Diœcesi Prageni Tomi v. Parte II. pag. 96.

THEODORICI Turingi Ord. Præd. libri octo de Vita S. Elisabethæ filiæ Regis Vngarorum Andreæ, vxoris Ludouici Thuringiæ Landgrauij, &c. Tomi v. Parte II. pag. 147.

HALITGARII Episcopi Cameracensis de Vitijs & virtutibus & ordine Pœnitentium libri quinque ad Ebbonem Remensem Archiepiscopum. Tomi v. Parte II. pag. 227. Extant in Bibliotheca SS. Patrum Coloniensi & postremis Parisiensibus. Sextus verò liber atque vltimus publicatus est à R. P. Hugone Menardo Ord. S. Benedicti in Notis ad Sacramentarium S. Gregorij & à R. P. Ioanne Morino Congregationis D. N. I. C. Presbytero in Appendice ad opus insigne de Pœnitentia. Vide & quæ ex steuartio mox dicentur.

Pœnitentiale Halitgarij siue alterius incerti Auctoris, vbi præter cætera etiam est Epistola Hormisdæ Papæ numquam edita. Tomi v. Parte II. pag. 285. S.



S. ISIDORI, fortè Iunioris, Hispalensis Episcopi, de Conuersis, siue ad Monachos. Tomo v. Parte II. p. 305.

Flacci ALCVINI Epistola de Confessione peccatorum facienda, ad pueros sancti Martini. Tomi v. Parte II. pag. 323. *Edidit cum alijs eiusdem Auctoris operibus Andreas Duchesnius.*

Vita S. Adalberti Pragensis Episcopi & Martyris auctore æquæuo scripta. Tomi v. Parte II. pag. 332.

GUNTHERI Monachi in Cœnobio Parisiensi Historia Constantinopolitana sub Balduino circa annum Domini 1203. Tomi v. Parte II. pag. 358.

De Adelaide coniuge Othonis I. Imperatoris Romani libri duo, auctore familiari eius vt videtur ODILONE Abbate Cluniacensi sanctissimo. Tomi v. Parte II. pag. 398.

Admonitio sancti FAUSTI. Tomi v. Parte II. pag. 423.  
FAUSTI Regiensis Episcopi Epistolæ ad Ruricum, Lucidum, & alios. Item LUCIDI ad Euphronium, Leontium, alióque Gallix Episcopos, qua Prædestinatianorum damnat errores, epistola seu libellus. Item Casarij, Eufraij, Græci, Sedati, Taurentij & Victorini epistolæ ad RVRICIVM Lemouicensis Episcopum. Eiusdem quoque Ruricij Lemouicensium Præsulis ad diuersos Epistolarum libri duo. Tomi v. Parte II. à pag. 428. ad 513. *Omnes has Epistolas ab infinitis mendis liberatas inseremus Deo dante Tertia Parti nostrarum Antiquarum Lectionum, vt suo loco monuimus, eoque libentius, quod, qui Desiderij, aliorumque Gallorum Episcoporum literas Tomo I. Historicorum Franciæ edidit Duchesnius, eas de quibus agimus, omnino intactas reliquit.*

Epistolæ Desiderij Episcopi Cadurceni ad diuersos & aliorum ad Desiderium. Tomi v. Parte II. pag. 526. *Eadem postea bis edita sunt Primum à Marquardo Frehero tum ab Andrea Duchesnio, vt mox insinuauimus, ideoque ab ijs abstinēbimus.*

EVANTI Abbatis epistola contrà eos qui sanguinem animalium immundum esse iudicant & carnem mundam esse dicunt. Tomi v. Parte II. p. 553.

S. ADAMANTII Scoti libri tres de sancto Columba Scoto Presbytero & Confessore, qui circa annum Domini 565. floruit. Tomi v. Parte II. pag. 562.

COGITOSI de Vita S. Brigidæ Virginis Scotæ, quæ sub Iustino seniore Imp. obiit anno 521. Tomi v. Parte II. p. 625.

Acta S. ALBANI Martyris, incerto auctore, qui videtur SIGEARDVS Monasterij S. Albani Monachus. Tomi v. Parte II. pag. 648.

Vita nobilis Viri Henrici à Zuifaltach Sueui in monasterio

R r



Ochsenhaufano Prioris religiosissimi scripta à Monacho Ochsenhaufano. Tomo v. Parte II. pag. 670.

Synodus Regiaticina, seu potius in Regia ciuitate Ticinensi habita sub Lothario & Ludouico piissimis Augustis Tomi v. Parte II. pag. 674. *locum iam reperit in Collectione Seuerini Binij vnà cum Conuentu Ticinensi anni 854. Ludouici Imp. anno 6. Indictione IV.*

Genealogia CAROLI Magni, Auctore Anonymo, qui viuebat anno 867. Tomi v. Parte II. pag. 688.

Acta S. Cuthberti Lindisfarnensis Episcopi à Venerabili Beda Heroico carmine conscripta. Tomi v. Parte II. pag. 692. cum Præfatione ad Ioannem Presbyterum. *Ex ijs similibusque opusculis Poëticis accessio fieri poterit Corpori Poëtarum Mediæ Aetatis.*

Epigrammata seu Hymni sacri Illustrium Virorum Antiquorum Patrum Monasterij S. Galli BERNARDI Abbatis, COLYMBANI, ECKERARDI, HARTMANNI, NOTKERI Balbuli, NOTKERI Medici, RATPERTI, STRABI Galli Fuldensis, TVTELONIS, VVALDRAMNI & ANONYMORUM plurimum. Tomi v. Parte II. à pag. 728. ad 782.

S. ALTHELMI Schireburnensis apud Occidentales Saxones in Britannia Episcopi libri duo carmine descripti. Primus de Laude Virginum: alter de octo Prineipalibus vitijs. Tomi v. Parte II. p. 798. cum præfatione Acrostichica ad Maximam Abbatissam. *Extant in Bibliotheca SS. Patrum Coloniaensi & Parisiensibus.*

THEODULFI Abbatis Floriacensis & Episcopi Aurelianensis elegiæ epistolares de suo exilio ad Modoinum & Aigulfum cum responsione eiusdem Modoini. Tomi v. Parte II. pag. 879. *Edidit omnia Theodulfi opera R. P. Iacobus sirmondus Lutetiæ Parisiorum apud Sebastianum Cramoisy anno 1646. in 8.*

Sermo S. GALLI Confessoris dictus Constantiæ in Templo sancti Stephani, in consecratione Ioannis Episcopi Constantiensis Tomi v. Parte II. pag. 896.

Vita S. Magni auctore THEODORO eiusdem S. Magni discipulo Monacho ad S. Gallum, & Campedonensi Abbate primo. Tomi v. Parte II. pag. 913.

S. ORESII Abbatis de sex cogitationibus sanctorum libellus, cum carmine Anonymi de sancta Cruce. Tomi v. Parte II. pag. 951.

Flacci Albinus Alcuini Dialectica & Grammatica. Tomi v. Parte II. à pag. 960. vsque ad 1050. *Edidit cum alijs eiusdem scriptoris operibus Duchesnius peculiari volumine in folio, anno 1617.*



Synodus Augustana anno 952. Indictione regni Othonis 16. Tomi v. Parte II. pag. 1053.

Synodus Engilenheimensis seu Ingelheimensis anno 948. Indictione vi. regni Othonis 13. Tomo v. Parte II. pag. 1057. *Editæ sunt illa synodi cum aliis à seuerino Binio.*

TOMO VI. CONTINENT VR.

BARLAAMI de Seminariâ Episcopi Gyraensis seu Hieracensis Epistolæ ad Græcos de Vnione cum Romana Ecclesia & Processione sancti Spiritus, & aliorum Græcorum ALEXII Calocheti, DEMETRII Thessalonicensis, &c. Tomi VI. pag. 4.

Ethica secundum Stoicos per Dominum BARLAAMVM de Seminaria, Episcopum Gyraensem composita sub compendio. Tomi VI. pag. 80. Epistolæ editæ sunt.

HUMBERTI Syluæ Candidæ Episcopi S. R. E. Cardinalis & Leonis IX. ad Imp. CP. Legati aduersus calumnias MICHAELIS Patr. CP. & LEONIS Archiepiscopi Achridani in Bulgaria liber vnus. Item liber alius eiusdem Humberti contra NICETAM Pectoratum Presbyterum & Monachum Monasterij Studiani Constantinopoli. Accessit breuis relatio rerum CP. ab Apostolica sedis Legatis gestarum anno XI. Imperij Constantini Monomachi Indictione VI. I. Tomo VI. pag. 114.

Sancti ANSELMI Lucensis Episcopi libri duo contra Guibertum Antipapam pro defensione Gregorij VII. Legitimi Romani Pontificis. Tomo VI. pag. 202. & pag. 235. Subijciuntur sententiæ ex variis Auctoribus collectæ quibus demonstratur Ecclesiæ facultates non esse in potestate Regis aut Cæsaris.

Epitome Bellorum quæ à Christianis Principibus pro recuperatione Terræ sanctæ suscepta sunt: in qua etiam descriptio Palæstinae & multa de Mahomete ab incertis Auctoribus conscripta circa annum 1373. & 1422. Tomi VI. pag. 251.

Descriptio Terræ sanctæ Auctore BURCHARDO de Monte Sion ad Burchardum Lectorem Ordinis Prædicatorum ad Maydenbutg. Tomi VI. pag. 297.

Itinerarium nobilis Viri RVDOLFI Frameynsberg Bauari in Palæstinam, ad Montem Sinai, & in Ægyptum anno 1346.

VVALAFRIDI Abbatis sermo, seu Tractatus de subuersione Ierusalem in caput XIX. Euangelij S. Lucæ. Tomi VI. pag. 331.

ALCVINI Homilia in Natalem S. Vvilibrordi Archiepiscopi, & vita & rebus gestis eiusdem sancti liber carmine conscriptus, & Elegia in S. Vvulgifum parentem S. Vvilibordi. Tomi



vi. pag. 345. Tum pag. 366. & seqq. eiusdem Flacci Alcuini Alcuini de illo Canticorum loco; Sexaginta sunt Regina & octoginta concubinae: Item epistola eiusdem, ut videtur, Alcuini de ceremoniis Baptisimi ad Carolum Imperatorem Augustum pag. verò 409. extat eiusdem Alcuini Epitaphium carmine scriptum & alia quaedam, cum breuiquo fragmento Chronologico, &c. *omnia haec in folio excusa sunt in collectione Duchesniana omnium Alcuini operum.*

Vita & res gestae S. Henrici Imperatoris hoc, nomine Primi, qui vulgò secundus dicitur ac Claudus. Auctore incerto. Tomo vi. pag. 383.

Breuis relatio de origine, fundatione, & progressu Monasterij Vvindbergensis in Bauaria Ordinis Præmonstratensium. Tomo vi. pag. 400.

Epitome Canonum, quam ADRIANVS Summus Pontifex Pontifex hoc nomine primus Carolo Magno Francorum Regi Romæ obtulit. Tomo vi. pag. 413. & pag. 438. Officium de sancto Carolo exscriptum ex vetusto quodam Rituali libro. Edita.

Martyrium S. Desiderij Viennensis in Gallia Episcopi, olim ex antiquis membranis ab Adone eiusdem Metropolis Antistite collectum & ad Monachos in cænobio Sancti Galli sub Grimaldo Abbate Deo militantes transmissum, ut docet Indiculus ISONIS. Tomo vi. pag. 444.

Epistola Eugippij Abbatis in vitam Seuerini Noricorum Apostoli ad Paschasium Diaconum, quæ hætenus desiderabatur. Tomo vi. pag. 455. Edidit R. P. Ioannes Bollandus Tomo 1. ad diem 8. Ianuarij p. 484.

Vita sancti Gregorij Magni Papæ ab incerto auctore conscripta. Tomo vi. pag. 461.

De vita S. Gebhardi Constantiensis Episcopi & monasterij Peterhusensis fundatoris libri duo conscripti anno 1511. per Felicem Manilium. Tomo vi. pag. 477.

THEODVLFII Aurelianensis Episcopi Item IONÆ Aurelianensis similiter Episcopi, & aliorum Poëmata quaedam. Tomo vi. pag. 504. & pag. 521. Carmina Incerti Auctoris de Carolo Magno & Leonis Papæ ad eundem Aduentu. *Quæ à sirmondo, Duchesnio, aliisque Collectoribus omiffa fuerint ea, nostro huic supplemento Canisiano vel Nouo Poëtarum mediæ ætatis Corpori inferemus.*

Poëmata VVALAFRIDI Strabi Augiensis Abbatis. Tomo vi. pag. 546. *Hæc multis in locis emendata suo tempore vulgabimus cum aliis eiusdem aui Poëticis opusculis.*

STRABI



STRABI Fuldenſis Hortulus ad Grimaldum S. Galli Abbatem. Tomi vi. pag. 672.

Martyrologium HRABANI vt habet codex mſſ. celeberrimi Monafterij S. Galli. Tomi vi. pag. 688.

Martyrologium NOTKERI, cognomento Balbuli, Monachi ſancti Galli, qui obiit anno 912. Tomo vi. pag. 761.

ECKERHARDI Decani S. Galli de vita B. Notkeri, cognomento Balbuli, Monachi S. Galli. Item actus ſiue processus Canonizationis eiufdem auctoritate Leonis Papæ x. à notariis iuratis publica fide conſcriptus. Tomi vi. pag. 934.

Monumenta Salisburgenſia in decem partes diſtributa, collectore IOANNE Stainhaufero Senatore Salisburgenſi: hoc eſt.

I. Historia de de Miraculis S. Vitalis primi Abbatis Monafterij Sancti Petri Salisburgi & ſecundi Epifcopi ibidem. Tomi vi. pag. 1023.

II. Historia ſancti Rudberti Epifcopi Salisburgenſis, pag. 1107.

III. Vita & Miracula ſanctæ Erentrudis Virginis Abbatiffa Monafterij Nunbergenſis Salisburgi. pag. 1125.

IV. Vita S. Rudberti primi Epifcopi Salisburgenſis, Auctore ſancti Eberhardi Arch. Salisburgenſis Diſcipulo, auctior eâ, quæ ſecundo Tomo habetur. Tomi vi. pag. 1139.

V. Notitia donationum factarum Eccleſiæ Salisburgenſi & S. Petro. pag. 1147.

VI. Vita & Miracula ſancti Virgilij Epifcopi Salisburgenſis. pag. 1173.

VII. Vita ſancti Eberhardi Epifcopi Salisburgenſis. pag. 1194.

VIII. De ſancto Hartuico Epifcopo Salisburgenſi pag. 1215.

IX. Breuis Catalogus Epifcoporum & Archiepiſcoporum Salisburgenſium. pag. 1224.

X. Vita ſancti Gebehardi Salisburgenſis Archiepiſcopi, Fundatoris Eccleſiæ Adununtenſis. pag. 1227.

Accedunt Chronica Salisburgenſia ex Bibliotheca Doctoris Hungeri uſque ad annum 1475. Tomi vi. pag. 1252. & pag. 1284. Catalogus breuis Epifcoporum Chyemenſium.

Descriptio Terræ ſanctæ Auctore ANSELMO Ordinis Minorum de Obſeruantia. Tomi vi. pag. 1289 & pag. 1323. Præfatio IACOBI Virriaci in Historiam Orientalem & Occidentalem, quæ deerat in editione Duaceniſi anni 1597.

EXAVCTARIO PETRI STEVARTII.

PETRVS STEVARTIVS Leodius, Theologia Doctor, Sacrarum li-